[...] tas uirgines inuenientes ad aquam euntes interrogauerunt eas de domo pro[phetae]
Que cum indicassent adiciebant ut festinarent antequam ad comedendum accederet multos enim eum ead[em]
dicebant parcere. & his qui inuocati fuerant eum primum discumbere; Samuhel autem propterea multos tunc ad con[-]
uiuium uocauerat. nam adum precedenti die deprecaretur dominum ut ei ipse diceret quem constitueret regem indicauer[at]
ea hora. altera die missurum se aliquem iuuenem de tribu beniamin; Porro samuhel in domo sedens [...]
quo ei promissum fuerat expectabat; quo adimpleto discendens ibat ad mensas. Occurritque saul ei; cui
protinus indicauit hunc esse regnaturum hebreis; Saul autem accessit ad samuhel eumque salutans supp[li-]
cauit ut ei domum prophete monstraret quam scilicet ut peregrinus se ignorare dicebat. Cumque samu[hel]
se esse dixisset eumque duceret ad conuiuium incolumes esse per quibus querendis missus fuerat asinos ind[i-]
cauit. & omnia ei bona regni esse conferenda promisit; cui saul minimum inquid rudet omni ac spe consulti[-]
tribu que regibus apta non est. & ex inferiore patria urbi uicoue rarii. sed tu magis in ludis & perpericulo mi[-]
tigare contendis de tribubus maioribus; quam ut in te conuenit nunc loquendo; quem propheta deducens ad conuiuium
recumbere fecit simul. & sequentem puerum super eos qui fuerant inuitati. Erant autem numero septu[a-]
ginta perspitque ut partes regalis adponeretur. & cum hora dormiendi uenisset. aliorum quidem singuli
propria discesserunt. Saul autem apud prophetam cum famulo suo soporatus est; Die uero facto samuhel eu[m]
excitans duxit foras. & cum extra ciuitatem uenissent famulum quidem precedere iussit. illum uero re[ti-]
nere quasi aliquid nullo alio presente dicturus. Dumque saul puerum premisisset. sumens propheta uas olei s[uper]
iuuenis caput effudit. eumque conplexatus. Esto & rex a deo constitutus contra palestinos uindicatur hebr[eo-]
rum; hoc autem erit tibi signum quod te uolo prescire; cum profectus fueris inuenies tres uiros in uia euntes [in]
bethleem adorare deum quorum primum quidem tres panes efferre uidebis. secundum uero hedum & t[er]tium
[u]trem; iuuenes isti te salutabunt & libenter suscipient. & dabunt tibi duos panes. tu autem accipiens & d[...]
[d]unt tibi duos panes. tu autem accipiens ex inde uenies ad sepulchrum rachel ubi cognosces eos quod inue[ne-]
nt asine. Post hec uenies in gabatha & ecclesiam inuenies prophetarum. & diuinitus inspiratus
prophetabis cum eis. ita ut omnis habentes sensum cum uiderint obstupescant atque mirentur dicentes; unde
hanc felicitatem peruenit filius chis ut posset & ipse prophetare. Cumque hec omnia signa fuerint facta sc[ito]
deum tecum. tu salutabis patrem tuum atque cognatos. Uenies que post hec uocatus a me in galgala ut pro his
pacificas hostias immolem; Hec autem predicens dimisit eum; Porro saul omnia secundum prophe[tiam sa-]
muhelis euenerunt. Cumque uenisset in domum cognati sui abner. quem pre omnibus parentibus diligebat in[ter-]
rogante de profectu eius. & quid accidisset ei. aliarum quidem rerum nihil abscondit. neque quod
[a]pud samuhelem prophetam fuisset. neque quod ei asinos inuentos esse dixisset; De regno autem & ei euentibus;
[arbitratus] etiam si audirentur & inuidia & incredulitate parentum tacendum esse decreuit. Que nec amico
[...] plurimum sanguinis uicinitate coniuncto cautum aut sapiens credidit indicare dubitans ut reor de h[u-]
[m]ana natura quippe cum uerius sit. quod perfecte nemo deuotus est; neque amicus neque cognatus. neusque in
[...]donis purum aliquid seruat affectum. sed artatus profectus sublimium mali uoti & inuidiosi esse. noscuntur
[Sa]muhel autem conuocauit populum ad ciuitatem masphat & apud eum denuo mandato uerba dei posu[it]
[dic]ens. quia cum eis deus prestiterit libertatem & subdiderit hostes beneficiorum sint ei inmemores.
[...]um quidem reges probauerunt nescientes quam utillimum est ad omnium rerum excelso iubari. cum deus utique
[...]num sit sub excelso & legerint autem habere se hominem regem qui eis uelut iumentis subditis consilio
[de]siderio suo cuiusque uoluntatibus sit usurus &